dia Ejus: * et veritas Domini manet in æTERnum.

Gloria patri, et FIlio, * et spiRItui SANcto.

Sicut erat in principio, | et nunc et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum. Amen.

PSALM 121.

1. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt MIhi: * in domum DOmini Ibimus.

2. Stantes erant pedes NOstri * in atriis TUis JeRUsalem.

3. Jerusalem, quæ ædificatur ut CIvitas, * cujus participatio ejus in idIPsum.

4. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus DOmini, * testimonium Israel, | ad confitendum NOmini Domini.

5. Quia illic sederunt sedes in juDIcio, * sedes super DOmum DAvid.

6. Rogate quæ ad pacem sunt JerusaLEM—: * et abundantia DIliGENTIBUS te.

7. Fiat pax in virtute TUa, * et abundantia in TURribus TUis.

8. Propter fratres meos et proximos MEos, * loquebar PAcem DE te.

9. Propter domum Domini Dei NOstri, * quæsivi BOna TIbi.

Gloria patri, et FIlio, * et spiRItui SANcto.

Sicut erat in principio, | et nunc et SEMper, * et in sæcula sæcuLOrum. Amen.

PSALM 125.

1. In convertendo Dominus captivitatem siON—, * facti sumus sicut CONsoLAti.

2. Tunc repletum est gaudio os NOstrum, * et lingua nostra exulTAtiOne.

3. Tunc dicent inter GEntes: * magnificavit Dominus FAcere cum Eis.

4. Magnificavit Dominus facere noBIscum; * facti SUmus læTANtes.

5. Converte Domine, captivitatem NOstram, * sicut TORrens in AUstro.